

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Christoph Cellarii erleichterte Lateinische Grammatik

Cellarius, Christoph

Leipzig, 1786

VD18 13013459

Activvm.

urn:nbn:de:gbv:45:1-15329

Si hodie *fuero* (*fueris*, cet.) in schola, cras *ero* (*eris*, cet.)
in horto.

IMPERATIVVS.

Mi Deus! *esto* mihi peccatori propitius.

O mortales! *este* sancti, vt Deus *est* sanctus.

Estote misericordes, sicut pater vester in coelo *est* misericors.

Omnes ciues post meridiem *sunt* in foro.

INFINITIVVS.

Audio, patrem meum (patres nostros) hodie *esse* (i. e. quod sit, sint) in vrbe, et heri *fuisse* (i. e. quod fuerit, fuerint) in agro.

Spero, me (te, eum, nos, vos, illos) *futurum* (siue *futuros*) *esse* in schola diligentio-rem, (diligentiores) i. e. quod *futurus sim*, cet. siue *futuri simus*, cet.

Non dubito, *fore* plerosque, qui dicant.

PARTICIPIA.

Futurus consul, et *futuri* praetores erunt seueri.

CONIUGATIO PRIMA.

ACTIVVM.

PRAESENS INDICATIVI.

Amo Deum, quia Deus *est* amor ipse.

Si Deum non *amas*, Deus non *est* tecum.

Qui *amat* virtutem, *is* *est* gratus Deo, et hominibus.

Amamus patrem, quia ipse nos intime *amat*.

Si me *amatis*, ego vos quoque *amo*.

Boni viri nos *amant*, si virtutem *amamus*.

Imperfectum.

Nuper *amabam* hortos, sed nunc *amo* libros.

Qui nudi-
us tertius *amabas* modestiam, nunc *amas* impudentiam.

Pater non solum heri me *amabat*, sed et hodie *amat*.

Sororem nostram *amabamus*, quia erat verecunda.

Vos *amabatis* agriculturam, et frugalitatem.

Per-

Perfectum.

Quia ego te *amaui*, tu me quoque *amauisti*, et ideo pater
vtrumque semper *amauit*.

Amauimus vos, et si vos non *amauistis* nos, vt alii condi-
scipuli nos *amauerunt*.

Plusquamperfectum.

Quia ego te *amaueram*, et tu me *amaueras*, Fridericus
ex inuidia nos non *amauerat*.

Postquam *amaueramus* Deum, et vos *amaueratis* pietatem,
laudauerant et *amauerant* nos parentes nostri.

Futurum.

Recitabo lectionem meam, si tu *coenabis* apud praecepto-
rem, qui me adeo *prouocabit*. *Laudabimus*
discipulos diligentes. Cras *stabitis* coram iu-
dice. Senatores vestra delicta non *laudabunt*.

CONIUNCTIVVS.

Praesens.

Pater me semper hortatur, vt *amem* Deum ex toto animo;
sicut mater te monet, vt *vites* peccata; hoc
fac, si vis, vt ea te *amet*.

Deus in sacris litteris hortatur nos, (vos, illos,) vt *amemus*
(*etis, ent*) non solum amicos, sed et inimicos.

Imperfectum.

Soror nostra rogabat (rogauit, rogauerat) me, (te, illum,)
vt *amarem* (ares, cet.) modestiam, matrem
multarum virtutum.

Frater tuus interrogabat (auit, auerat) nos, (vos, illos,)
an *laudaremus* (aretis, arent) condiscipuli no-
stri diligentiam.

Perfectum et Plusquamperfectum.

Quamuis eum *laudauerim*, (*eris, erit,*) me (te, eum) tamen
non *amat*; cum vero *laudauerimus* (*ritis, rint*)
fratrem, hic nos (vos, illos) semper *amauit*.

Amauisssem fratrem tuum, si tu eundem *amauisses*, sed ta-
men amorem nostrum non *remunerauisset*, si
postulauissemus (*issetis, issent*) pietatis pretium,
frustra fuisset.

Futurum.

Si *amauero* (*veris, verit*) iustitiam, laudabis me (te, illum.)
 Si *laudauerimus* (*veritis, verint*) praeceptorem, ille nos
 amabit.

IMPERATIVVS.

Ama, (*amato, ate, atote, anto*) non solum qui te (vos)
amant, sed etiam qui oderunt.

INFINITIVVS.

Video te *amare* bonas artes, et audiui, te nunquam *ama-
 uisse* ignauiam, itaque spero, te etiam in po-
 sterum semper diligentiam *amaturum esse*. Au-
 diui, vos Deum *amare, amauisse*, itaque spes est,
 vos eundem etiam semper *amaturos (as)* esse.

GERVNDIA.

Est quidem saepe occasio *peccandi*, sed semper est necessi-
 tas Deum *amandi*. Homo impius non est
 aptus *ad Deum amandum*. Omnia *conando*
docilis solertia vincit.

SVPINA.

Venio *salutatum* praeceptorem, dum redeo *obsonatu*.
 Praeceptor est dignus *amatu*.

PARTICIPIA.

Puer *amans* virtutem semper laudatur. *Amaturus* virtu-
 tem, Deum antea amet.

PASSIVVM.

PRAESENS INDICATIVI.

Amor a patre, quia me diligentem esse putat.
Laudaris a praeceptore, si probus et diligens es.
Lectio recitatur a discipulis, quos praeceptor laudauit.
Laudamur saepe tantum ab iis, quos nos laudamus.
Amanini a Deo in omnibus calamitatibus.
 Mane *salutantur* patroni a clientibus.

Imperfectum.

Laudabar heri ob diligentiam meam.
Amabaris a parentibus ob modestiam tuam.

Frater